

operis partium ordinatione variationes illas inducere, quæ ad commodiorem tyronum intelligentiam, munere docendi duce, mihi pronuper aptiores videntur, perstudiosè curavi. — Imò verò, haud pauca ex illis quæ in præfatis editionibus extant, hac expungere minimè fui nutans. Alia quippe sunt, quæ licèt eorum præstantia in dubium revocari nequeat, tamen nonnisi remoto fœdere Decretalium cursui, strictè sumpto, coadunantur, aliumque locum, imò etiam academicum annum in præsentis studiorum Ordine occupant: v. gr. Elenchus Apostolicarum constitutionum quæ S. Concilio Tridentino accesserunt. Alia verò sunt, quæ in Seminariis minimè docentur, uti Institutiones Juris Romani. Alia denique illic habentur, quæ nobis prorsùs inutilia evadunt: sicuti specialia Ecclesiæ Germanicæ Jura, Ordinis Scholarum Piarum prærogativæ, aliaque ejusmodi.

His autem discretis, elementa ex quibus opus conflatur, sunt:

I. Prolegomena Juris Canonici.

II. Decretalium libri quinque.

III. Summaria capitulorum in Decretalium libris contentorum.

IV. Quatuor Elenchi Decretalium: — 1. correctarum à decretalibus posterioribus: — 2. à S. Concilio Tridentino correctarum, — 3. ampliatarum, — 4. speciatim innovatarum.

V. Materiarum index.

Jam verò, nihil ampliùs efferam, nisi commoditatis ergo tria in volumina totum opus dispertiri planè consentaneum duxisse; simulque ad Summaria et Elenchos quod spectat, tripartitam eandem dispositionem patravi, ut uno eodemque volumine, majore ex parte casuum, citationes, juris concordantias, sive explanationes, aut ampliaciones, confestim alumni queant invenire.

En igitur, benevole lector, quamdam hujus editionis succinctissimam adumbrationem. Operis autem meritum, legendo, proculdubio invenies. — Vale.

M. L.

## INDEX TITULORUM

Qui continentur in quinque Libris Decretalium, et in Sexto, Clementinis, Extravagantibus Joan. XXII et Communibus.

	Greg.	Sext.	Clem.	Ex. J.	Ex.
	Tit.	Tit.	Tit.	XXII. Tit.	Com. Tit.
LIBER I.					
De Summa Trinitate, et fide catholica.	I	I	I		
De constitutionibus.	II	II			
De rescriptis.	III	III	II		
De consuetudine.	IV	IV			I
De postulatione Prælatorum.	V	V		I	II
De electione, et electi potestate.	VI	VI	III		III
De translatione Episcopi.	VII				
De auctoritate, et usu pallii.	VIII				IV
De renunciatione.	IX	VII	IV		
De supplenda negligentia Præl.	X	VIII	V		
De temporibus Ord. etc.	XI	IX			
De scrutinio in Ordine faciendo.	XII				
De ordinatis ab Episcopo, qui ren. etc.	XIII				
De ætate, qualitate et ordine præf.	XIV	X	VI		
De sacra Unctione.	XV				
De sacramentis non iterandis.	XVI				
De filiis Presbyterorum ord. vel non.	XVII	IX			
De servis non ordinandis, etc.	XVIII				
De obligatis ad ratioc. ord. vel non.	XIX				
De corpore vitiatis ordinandis, vel non.	XX				
De bigamis non ordinandis.	XXI	XII			
De clericis peregrinis.	XXII				
De officio Archidiaconi.	XXIII				
De officio Archipresbyteri.	XXIV				
De officio Primicerii.	XXV				
De officio Sacristæ.	XXVI				
De officio Custodis.	XXVII				V
De officio Vicarii.	XXVIII	XIII	VII		



	Greg. Tit.	Sext. Tit.	Clem. Tit.	Ex. J. XXII. Tit.	Ex. Com. Tit.
De officio et pot. judicis delegati.	XXIX	XIV	VIII		VI
De officio Legati.	XXX	XV			
De officio judicis ordinarii.	XXXI	XVI	IX		VII
De officio judicis.	XXXII				
De majoritate et obedientia.	XXXIII	XVII		II	VIII
De treuga et pace.	XXXIV				IX
De pactis.	XXXV	XVIII			
De transactionibus.	XXXVI				
De postulando.	XXXVII				
De procuratoribus.	XXXVIII	XIX	X		
De syndico.	XXXIX				
De iis, quæ vi metusque causa fiunt.	XL	XX			
De in integrum restitutione.	XL I	XXI	XI		
De alienatione judicii mutandi etc.	XL II				
De arbitris.	XL III	XXII			

## LIBER II.

De judiciis.	I	I	I	I	I
De foro competenti.	II	II	II		
De libelli oblatione.	III				
De mutuis petitionibus.	IV				
De litis contestatione.	V	III			
Ut lite non contestata, etc.	VI				
De juramento calumniæ.	VII	IV			
De dilationibus.	VIII				
De feriis.	IX				
De ordine cognitionum.	X				
De plus petitionibus.	XI				
De causa possessionis et proprietatis.	XII		III		
De restitutione spoliatorum.	XIII	V			
De dolo et contumacia.	XIV	VI	IV	III	
De eo, qui mittitur in possession. etc.	XV	VII			
Ut lite pendente nihil innovetur.	XVI	VIII	V		
De sequestratione possess. etc.	XVII		VI		
De confessis.	XVIII	IX			

	Greg. Tit.	Sext. Tit.	Clem. Tit.	Ex. J. XXII. Tit.	Ex. Com. Tit.
De probationibus.	XIX		VII		
De testibus et attestationibus.	XX	X	VIII		
De testibus cogendis, vel non.	XXI				
De fide instrumentorum.	XXII				
De præsumptionibus.	XXIII				
De jurejurando.	XXIV	XI	IX		
De exceptionibus.	XXV	XII	X		
De præscriptionibus.	XXVI	XIII			
De sententiâ, et re judicata.	XXVII	XIV	XI		
De appellationibus, recusationib. etc.	XXVIII	XV	XII		
De clericis peregrinantibus.	XXIX				
De confirmatione utili, vel inutili.	XXX				

## LIBER III.

De vita et honestate clericorum.	I	I	I	I	I
De cohabitatione cler. et mulierum.	II				
De clericis conjugatis.	III	II			
De clericis non residentibus etc.	IV	III			
De præbendis et dignitatibus.	V	IV	II	III	II
De clerico ægotante, vel debilitato.	VI	V			
De institutionibus.	VII	VI			
De concessionne præbendæ, etc.	VIII	VII	III	IV	
Ne sede vacante aliquid innovetur.	IX	VIII	V	III	
De iis, quæ fiunt à Prælatis sine etc.	X				
De iis, quæ fiunt à majori parte etc.	XI				
Ut ecclesiastica beneficia sine etc.	XII				
De rebus ecclesiæ alienandis, vel non,	XIII	IX	IV	IV	
De precariis.	XIV				
De commodato.	XV				
De deposito.	XVI				
De emptione et venditione.	XVII				V
De locato et conducto.	XVIII				
De rerum permutatione.	XIX	X	V		
De feudis.	XX				
De pignoribus et aliis cautionibus.	XXI				



## INDEX TITELORUM.

	Greg. Tit.	Sext. Tit.	Clem. Tit.	Ex. J. xxii. Tit.	Ex. Com. Tit.
De fidejussoribus.	XXII				
De solutionibus.	XXIII				
De donationibus.	XXIV				
De peculio clericorum.	XXV				
De testamentis et ultimis voluntatibus.	XXVI	XI	VI		
De succesione ab intestato.	XXVII				
De sepulturis.	XXVIII	XII	VII	VI	
De parochiis, et alienis parochianis.	XXIX				
De decimis, primitiis et oblationibus.	XXX	XIII	VIII	VII	
De regul. et transeuntibus ad Relig.	XXXI	XIV	IX	VIII	
De conversione conjugatorum.	XXXII				
De conversione infidelium.	XXXIII				
De voto, et voti redemptione	XXXIV	XV	VI		
De statu monachorum et Canon.	XXXV	XVI	X		
De religiosis domibus, etc.	XXXVI	XVII	XI	VII	IX
De capellis monachorum, etc.	XXXVII	XVIII			
De jure patronatus.	XXXVIII	XIX	XII		
De censibus, exactionibus, etc.	XXXIX	XX	XIII	X	
De consecratione Ecclesiæ, vel altaris.	XL	XXI			
De celebratione missarum, etc.	XLI		XIV	XI	
De baptismo, et ejus effectu.	XLII		XV		
De presbytero non baptizato.	XLIII				
De custodia Eucharistiæ, etc.	XLIV				
De reliquiis, et veneratione sanctorum.	XLV	XXII	XVI	XII	
De observatione jejuniorum.	XLVI				
De purificatione post partum.	XLVII				
De ecclesiis ædificandis, vel rep.	XLVIII				
De immunitate ecclesiarum, etc.	XLIX	XXIII	XVII	XIII	
Ne clerici, vel monachi etc.	L	XXIV			

## LIBER IV.

De sponsalibus et matrimoniis.	I	I			
De desponsatione impuberum.	II	II			
De clandestina desponsatione.	III				
De sponsa duorum.	IV				

## INDEX TITULORUM.

	Greg. Tit.	Sext. Tit.	Clem. Tit.	Ex. J. xxii. Tit.	Ex. Com. Tit.
De conditionibus apposis in desp.	V				
Qui clerici, vel voventes etc.	VI				
De eo, qui duxit in matrimonium, etc.	VII				
De conjugio leprosororum.	VIII				
De conjugio servorum.	IX				
De natis ex libero ventre.	X				
De cognatione spirituali.	XI	III			
De cognatione legali.	XII				
De eo, qui cognovit consang. etc.	XIII				
De consanguinitate, et affinitate.	XIV	I			
De frigidis, et maleficiatis, etc.	XV				
De matrimonio contracto contra etc.	XVI				
Qui filii sint legitimi.	XVII				
Qui matrimonium accusare possunt etc.	XVIII				
De divortiis.	XIX				
De donationibus inter virum, etc.	XX				
De secundis nuptiis.	XXI				

## LIBER V.

De accusationibus, inquisitionibus, etc.	I	I			
De calumniatoribus.	II				
De simonia, et ne aliquid etc.	III			I	
Ne prælati vices suas, vel ecclesias etc.	IV				
De magistris, et ne aliquid etc.	V		I		
De judæis, saracenis, et eorum servis.	VI		II	VII	II
De hæreticis.	VII	II	III		III
De schismaticis, et ordinalis ab eis.	VIII	III			IV
De apostatis, et reiterantibus etc.	IX				
De iis, qui filios occiderunt.	X				
De infantibus, et languidis expositis.	XI				
De homicidio voluntario, vel casuali.	XII	IV	IV		
De torneamentis.	XIII			IX	
De clericis pugnantibus in duello.	XIV				
De sagittariis.	XV				
De adulteriis, et stupro.	XVI				



	Greg. Tit.	Sext. Tit.	Clem. Tit.	Ex. J. XXII, Tit.	Ex. Com. Tit.
De raptoribus, incendiariis, etc.	XVII				
De furtis.	XVIII				
De usuris.	XIX				
De crimine falsi.	XX				
De sortilegiis.	XXI				
De collusione detegenda.	XXII				
De delictis puerorum.	XXIII				
De clerico venatore.	XXIV				
De clerico percussore.	XXV				
De malediciis.	XXVI				
De clerico excommunicato, etc.	XXVII				
De clerico non ordinato ministrante.	XXVIII				
De clerico per saltum promot.	XXIX				
De eo, qui furtivè ordinem suscepit.	XXX				
De excessibus Prælat. et subditorum.	XXXI	VI	VI		
De novi operis nuntiatione.	XXXII				
De privilegiis, et excessibus privil.	XXXIII	VII	VII	XI	VII
De purgatione canonica.	XXXIV				
De purgatione vulgari.	XXXV				
De injuriis et damno dato.	XXXVI	VIII			
De pœnis.	XXXVII	IX	VIII	XII	VIII
De pœnitentiis et remissionibus.	XXXVIII	X	IX		IX
De sententiis excommunicationis, etc.	XXXIX	XI	X	XIII	X
De verborum significatione.	XL	XII	XI	XIV	
De regulis juris.	XLI	XIII			

## PROLEGOMENA

## JURIS CANONICI.

Hic præscienda sunt ea omnia, quæ in Prolegomenis Juris civilis, præsertim ad *tit. Inst. et ff. de Justitia et Jure*, traduntur; et his præcognitis, inchoandum Jus Canonicum à consuetis Prolegomenis.

## § I.

## De natura, causis et effectibus Juris Canonici.

4. *Nota. I.* Jus ab ecclesia pro dirigendis fidelibus constitutum variis nominibus appellari: nam dicitur *Jus Canonicum*, quia canones continet: *Ecclesiasticum*, seu *Pontificium*, quia à potestate ecclesiastica seu pontificia descendit: *Sacrum*, quia principaliter agit de personis et rebus sacris; et quandòque dicitur *Jus Divinum*, non quod immediatè à Deo conditum sit, sed quod SS. Canones à Sede apostolica constituentur instinctu Dei Ecclesiam suam dirigentis. Hoc sensu procedit c. 2. *de privil. in 6.* ibi: *providimus, quod ibidem*, (apud Sedem apostolicam) *de cetero regatur, et vigeat studium Juris divini et humani, canonici videlicet et civilis.*

*Nota. II.* Jus Canonicum tribus modis accipi posse: 1.º *metonymicè* tanquam continens pro contento: quo sensu volumen, seu corpus canonum vocatur Jus Canonicum. 2.º *objectivè* pro ipsis canonibus seu constitutionibus ecclesiasticis. 3.º *denominativè* pro ista disciplina, seu scientia Canonum, quæ retinens nomen sui objecti et principii, pariter Jus Canonicum denominatur (*arg. l. 1. pr. ff. de Just. et Jure.*)

*Nota. III.* *Jus Canon.* quoad nomen esse *jus regulare*, quia *Canon* græcè, latinè *Regula nuncupatur* c. 1. d. 3. Dicitur autem *jus regulare* per excellentiam, cum *Canon* in usu juris antonomasticè significet regulam ec-